

nos benedictio divina, & ducat nos Illius providentia, ut quotidie in fide crescamus, & in commercio cum hominibus deprehendamus veri & pii: Introducta etenim Veritate, Charitas tanquam maturus fructus, mox mox progerminabit, qui proximo pro posse & nosse omnia conferet, quæ tam officia Juris Naturæ quam S. S. Revelationis ab eo postulant: Non etenim Communio Bonorum commoda ecclesiæ promovet, sed destruet potius, & quousque *Anabaptistæ*, *Fanatici*, & alii, sua Communionem pertigerint, quilibet videt. Fata potius eadem cum THEUDA, & JUDA GALILÆO experti sunt, & adest certe Consilium GAMALIELIS: *Si est ex hominibus Consilium dissolvetur. Sivero ex DEO est, non potestis dissolvere, ne forte etiam cum DEO pugnantem inveniamur Actor: VI. 35. s. Prius fati Anabaptistarum sæpius respondere, experientia docet. Manet nobis hoc sub fine thematis: veram, & firmam non dari Communionem Bonorum aut ex Natura, aut Scriptura demonstrabilem. Sed humillimas Summo Numini exsolvo gratias, pro concessis viribus, & profiteor, primitias has esse Juvenis, hinc si a via aberravero, Eruditos ut in tramitem me reducant, enixe rogo,*

Soli Deo Gloria.

Coll. diss. A. 129, misc. 23